



# **Disputatio juridica trigesima-sexta de jure dotium ad Tit. 3. 4. & 5. Lib. 23. Pandectar.**

<https://hdl.handle.net/1874/340993>

DISPUTATIO JURIDICA  
TRIGESIMA-SEXTA  
DE  
JURE DOTIUM

AD  
Tit. 3. 4. & 5. Lib. 23. Pandectar.

QUAM

FAVENTE DEO OPT. MAX.

SUB PRÆSIDIO

*Clarissimi Consultissimique Viri,*

D. CYPRIANI REGNERI ab OOSTERGA,

J. U. D. nec non ejusdem facultatis in Illustri

Traject. Acad. Professoris Pandect.

*Publico subicitur examini*

ARNOLDT VAN BASSEN, Hagâ-Comit.

*Ad diem 4. Decemb. horâ locoque solitis.*



TRAJECTI AD RHENUM,  
TYPIS Theodori ab Ackersdijck, & Gisberti à Zjyl,

clō lō c l.

*Nobilissimo, Amplissimo, Generosissimoque*

D. D. IVSTO NOBELAER,  
Domino de KLINCKERLANDT,  
Cognato suo summe honorando.

UT ET

*Nobilissimo, Prudentissimo, Consultissimoque*

D. D. SEBASTIANO VRANCK,  
I. V. D. nec non in suprema Hollandiæ curia Senatori.

*Hasce suas primitias*

Offert & Inscibit

ARNOLDT VAN BASSEN,

*Respond.*

DISPUTATIO JURIDICA  
TRIGESIMA-SEXTA  
DE  
JURE DOTIUM

AD  
Tit. 3. 4. & 5. Lib. 23. Pandectar.

THESIS I.



**A**D l. 1. & seqq. tit. 3. an & quomodo verbum dotis homonymum sit? an dos recte definiatur res, vel pecunia, vel jus universale, vel donatio, vel contractus, parum in locuplete materia attendendum puto. Dixerum tantum, dotem frequentius accipi pro quacunque re, quæ nomine uxoris marito data est, ut constante matrimonio maritus onera ejus sustineat, *tot. b. tit. Diss. vide apud Treutl. disp. 7. vol. 2. thes. 1. & ibi Bacchov. Ant. Matth. disp. Pand. 35. Christin. vol. 2. decis. 132. Bus. & Alios ad dd. II.* An ergo dos promissa proprie dos non est? Aff: l. 13. §. 2. & l. seq. §. pen. D. de fund. dot. l. 1. & 3. C. de dot. caut. non num. Diss. vide apud Treutl. d. thes. 1. lit. d. Ant. Matth. d. disp. thes. 5. Fachin. 10. c. 24. Sed tamen statutum de lucro dotis habebit etiam locum in dote promissa; quia alias manifesta fieret injuria marito, cui dos statim dari debuit. Adde *arg. l. 9. C. de pact. convent. tam sup. dot. l. 2. 3. & 6. C. de dot. promiss.* Diss. vide apud Treutl. d. thes. 1. lit. d. & ibi Bacchov. Christin. d. decis. An & quomodo idem statutum hodie locum habeat & debeat habere, quando sponsalia de presenti inita sunt, nondum tamen copula vel celebratione coram facie Ecclesiæ confirmata, aperte colligitur ex *disp. preced. thes. 1. & seqq.* Alioquin anceps  
A 2 quæstio

quæstio videtur, teste Bacchov. ad Treutl. d. lit. d. Sed quid de modica dote? dos est l. Nerat. 20. §. 1. de religiof. & sumptib. fun. Diff. DD. comm. teste Ant. Matth. d. disp. thef. 4. Quid, si matrimonium dissolutum sit? dos non est. l. 3. h. t. l. 1. §. pen. & ult. D. pro dot. l. ult. C. de donat. ant nupt. Diff. vide apud Ant. Matth. d. disp. thef. 8. Fachin. 10. c. 27. Quod libellus, quo dos repetitur, generalis valeat, maxime si varix res in dotem datæ sunt, liquidi juris videtur, ut diximus ad tit. de petit. heredit. Sed an idem de sententia judicis affirmari possit, haud leviter dubito. Vide nostra ad §. 32. Inst. de act. & Bacchov. ad Treutl. thef. 1. lit. b. Busf. ad rub. h. t.

## II.

Ad l. 5. pr. quæritur, an dos recte dividatur in profectivam & adventivam? Neg: arg. l. 182. de V. S. & l. ult. in fin. C. de inoff. test. ex quibus textibus apparet, primo distinguendum inter filiam fam. & filiam emancipatam, ita ut superior distinctio tantum sit subdistinctio in filias. Diff. DD. comm. quos sequitur Treutl. thef. 1. lit. e. Sed reprehendit Bacchov. ibid.

Ad §. 11. & 12. d. l. 5. quæritur, an pater filia emancipata in dubio præsumatur dotem dedisse ut pater, an ut extraneus ex bonis filia? Aff: prius, dd. §§. Ratio traditur in l. 7. C. de dot. promiss. Exemplum in l. 10. pr. & l. 59. sol. matrim. Diff. vide apud Treutl. thef. 2. lit. a. & ibi Bacchov. An hoc & Moribus obtinere debeat, vide apud Croenerveg. ad l. ult. C. de dot. promiss. Sed teneturne pater filiam emancipatam dotare? tenetur d. l. 7. nisi sit locuples, quia in ea cessat ratio dotandi. Diff. vide apud Treutl. d. thef. 2. lit. b. & seqq. & ibi Bacchov. Ant. Matth. d. disp. thef. 10. & seq. Busf. ad l. 19. de rit. nupt. ubi & de praxi testatur. Quid de nepte, si pater dives est? Avus eam dotare non tenetur. l. 5. §. 10. h. t. Quod maxime procedit Moribus, quibus nepos in potestate avi non est. Diff.

Diff. vide apud *Bus. ad d. l. 19.* Sed quid de filia naturali, vel spuria? Pater eam dotare non cogitur. *arg. l. 41. §. 11. de leg. 3. l. 8. C. de natural. lib. junct. Nov. 89. c. 12.* Sed hoc jus civile durum est, præsertim si pater nullos alios liberos legitimos habeat. *arg. C. cum haberet. in fin. ext. de eo qui dux.* Diff. vide apud *Treutl. d. thes. 2. lit. h. & 1. & ibi Bacchov. Ant. Matth. d. disp. thes. 12.* Quid denique dicendum, si pater tales filias vel ultra vires vel ultra alimentorum modum dotibus honoraverit? Dixerim, nec patrem, nec alios cognatos repetere posse, siue matrimonium constet, siue dissolutum sit, modo lex non prohibeat dotem dare, nec subsit error vel juris vel facti. *l. 7. & 8. de jur. & fact. ign.* Diff. vide apud *Treutl. d. thes. 2. lit. h. & 1. & ibi Bacchov.*

Ad §. ult. d. l. 5. quæritur, an & quando mater filia dotem dare cogatur? Sed frustra, quum Moribus hoc certum sit. Vide *Groeneveg. ad l. 14. C. h. t.* Sed teneturne filius matrem, vel frater sororem dotare? Aff: posterius in sorore germana vel consanguinea, præsertim inope *l. 12. §. pen. ult. de administ. tut. Neg: prius. l. 13. §. 2. D. eod.* Diff. vide apud *Treutl. thes. 3. & ibi Bacchov.* ubi hoc arbitrio judicis relinquendum putat, quod juri Divino, Canonico & Moribus convenientius statuitur.

### III,

Ad *l. 6. §. 2. & l. 12. §. 1. h. t.* quæritur, an etiam majori 25. ann. succurrendum sit, licet infra dimidium deceptus sit? Nos hoc certum putamus, vel juxta Mores, vel juxta justitiam in abstracto consideratam, ut diximus ad *Lib. 4.* Sive ergo succuratur officio judicis, siue restitutione in integr. & siue in æstimatione siue in ipsa datione alteruter circumventus sit, parum curo. Vide *Groeneveg. ad l. 6. C. solut. matrim. Bacchov. ad Treutl. thes. 4. lit. f. Bus. ad d. l. 6.*

Ad l. 9. §. 3. quæritur, an maritus fructus, quos ex administratione bonorum paraphernalium percepit, suos faciat & lucretur? Sed & hoc vix apud nos dubium est, cum maritus & Moribus plerarumque Gent. plenissimam habeat administrationem, & usum fructum omnium bonorum. Vide omnino *Bacchov. ad Treutl. thes. 9. lit. b.*

Ad l. 10. 17. 76. h. t. quæritur, an & quomodo maritus dotis dominus efficiatur? Sed etiam hæc quæstio vix usum habet, ut dixi ad *pr. Inst. quib. alien. lic.* Vide tamen distinct. nostr. ad *d. pr.* & denuò disquisitioni subijce, si lubet. *Diff. vide ibid. & apud Treutl. thes. 6. lit. c. & ibi Bacchov.*

Ad §. 3. d. l. 10. quæritur, an maritus in uxorem impendere teneatur etiam ultra dotis reditum? Sed & hoc apud Nos decisum est. Quin etiam juri Civili hoc conveniens esse, recte asseruit *Treutl. thes. 9. lit. a. arg. l. 13. C. de negot. gest.* *Diff. vide ibid. & apud Bacchov. ad disp. preced. Treutl. 7. lit. k.*

Ad l. 13. 30. 40. 64. quæritur, an etiam actio, qua maritus dotem promissam petit, jure novo bonæ fid. sit? Sed itidem frustra, quum Moribus omnes actiones sint bonæ fid. aut saltem esse debeant, ut probavi ad §. 28. *Inst. de act.* Quare circa hanc quæstionem explodenda fere videtur prolixitas *Bacchovii ad Treutl. thes. 8. lit. a.* Ad *easd. ll.* quæritur, an tacite mulier præsumatur eandem dotem dedisse secundo marito, quam dedit priori? *Aff: arg. dd. ll.* *Diff. vide apud Treutl. d. thes. 5. lit. b. & ibi Bacchov.* Sed hæc quæstio quoque minus frequens apud nos, quippe nulla mentione facta de excludenda communione, tacite inter vir. & uxor. omnia bona fiunt communia, licet liberi ex priori matrimonio extant. Vide *Groenevveg. ad l. 6. de sec. nupt. & Bacchov. d. loc.*

#### IV.

Ad l. 21. quæritur, an uxor ob non solutam dolem repudiari aut expelli & ad patrem remitti possit? *Neg:* quia sic maritus sibi ipsi jus diceret, quum debeat experiri legitimis actionibus, ut promissis satisfiat. *Adde l. ult. C. de repud. quod sacris paginis confir-*

confirmatur. *Matth. v. 5. & 19. 1. Corinth. 7.* Diff. vide apud *Treutl. thes. 5. lit. e. & ibi Bacchov. Gail. 2. obs. 87. Fachin. 3. cont. 48. Bus. ad d. l. 21. h. t.*

Ad l. 23. an pro dotis legendum sit *conditionis*, parum confidero. Emendationem tamen probabilem esse, evincit *Bacchov. ad d. thes. 5. Treutl. lit. e.* quem vide *ibid.*

Ad l. 33. quæritur, an & quomodo d. l. conciliari debeat cum *l. pen. h. t. & l. Nesen. 41. de rejud.* Sed quum Moribus certum sit, maritum & uxorem pro una carne haberi, atque adeo donatorem dotis nec uxori, nec marito ejus ultra id quod facere potest, obligari, remitto Studiosos ad *Bus. ad dd. ll. Groenevveg. ad s. 37. & 38. Inst. de act. zyp. in Notit. jur. Belg. tit. de jure dot. in fin. Treutl. thes. 12. lit. b. & ibi Bacchov.* Sane quod hic recte parca- tur marito, nullus dubito. Diff. *Antumn. ad d. l. 33.*

Ad l. 54. quæritur, an & quomodo d. l. in concordiam redigi possit cum *l. 12. C. h. t.*? Sed nec hæc quæstio apud me dubium habet, quod vel ideo uxori soluto matrimonio rei pro pecunia do- tali comparatæ competat vindicatio, quia surrogatum sapit na- turam ejus, in cujus locum surrogatum est. Quinimo hoc etiam non solum de pecunia pupilli, vel Ecclesiæ, vel militis, sed etiam de pecunia cujusque domini probabiliter in abstracto af- firmatur. Diff. vide apud *Groenevveg. ad d. l. 54.* Nullam tamen nec hic, nec supra contradictionem vel antinomiam agnosco. Diff. vide apud *Treutl. d. thes. 9. lit. b. & ibi Bacchov. Bus. & Alios ad d. l. 54. Ant. Matth. d. disp. 35. thes. 20.*

Ad l. 57. emendationem d. l. & conciliationem cum *l. 45. h. t.* vide apud *Bus. ad d. l. 45. Gothof. ad d. l. 57.*

V.  
Ad l. 60. 69. s. 4. quæritur, an promissio dotis in genere seu indefinite facta obliget? Aff: *dd. ll. quidquid etiam oblitaret l. 1. C. de dot. promiss.* licet ibi casus poni possit, ubi quidem falsò in instrumento promissio dotis relata est, sed revera nulla dos pro- missa est. Alii aliter, ut videre est apud *Groenevveg. ad d. l. 1. Bac- chov. ad Treutl. thes. 4. lit. d. Ant. Matth. d. disp. thes. 19. Bus. ad d. s. 4.*



*d. §. 4. l. 69.* An promissio dotis sit conventio cum causa, an pactum nudum & legitimum, an pollicitatio, frustra quæritur, ut dixi ad *tit. de pact.* Vide tamen, si lubet, *Bacchov. ad Treutl. thes. 3. lit. g.*

Ad *l. 66.* quæritur, an in *d. l.* agatur de usufructu revertendo post mortem? Neg: *d. l. 66. in fin.* ubi propter rei necessitatem opus est venditione usuf. pro uno nummo, ut significavi ad *Lib. 7. Pand.* usum vide apud *Groen. hic.*

Ad *d. l. 69. §. 7.* quæritur, an in casu dubio per traditionem dotis æstimata dos tradita censeatur? Neg. quia maritus minime præsumitur periculum rei in se suscepisse, nisi rei natura suadeat. *l. 10. pr. & l. 42. h. t. Diff. Treutl. thes. 6. lit. a.* An contra uxorem hic competat actio de dolo, an in factum; hoc est, an *d. §. 7.* pugnet cum *l. 1. C. h. t.* excussione indignum puto.

Ad *l. 72.* quæritur, an mulier omnia bona marito in dotem dare queat, etiam si pactum de tota dote lucranda adjectum sit? Aff: *d. l. 72.* quod Moribus extra aleam dibi videtur. Vide *nostra ad tit. Inst. de donat.* Diff. vide apud *Treutl. d. thes. 4. lit. e. & ibi Bacchov.* Sed videtur ne marito omnia bona in dotem concessisse, si uxor patiat, maritum omnibus uti frui? Neg: *arg. l. 25. pr. de probat.* nisi aliæ conjecturæ contrarium inferant. Quare hæc quæstio arbitrio iudicis committenda videtur, ut & illa, de qua in *thes. 3. ad l. 13. h. t.* Diff. vide apud *Treutl. d. lit. e. & ibi Bacchov.*

Ad *l. 79.* quæritur, an & quomodo *d. l.* conciliationem patiat, cum *l. 6. de collat.* Sed cum neptis hodie non sit in potestate avi, & raro ab avo dotetur, imo dos ne quidem ad patrem revertatur, teste *Groeneweg. ad d. l. 79. & l. un. §. 13. de rei uxor. act.* remitto Studiosos ad *Bus. ad d. l. nostr. & Bacchov. ad Treutl. d. thes. 3. lit. c.*

## VI.

Ad *l. 1. l. 12. §. 1. & l. 28. tit. 4.* quæritur, an etiam post nuptias pacta dotalia fieri possint? Aff: *dd. ll.* nec video, cur Mores ab hoc jure civili discesserint, maxime si uxor auctoritate iudicis  
vel

vel patris aliquid marito remittat, nisi dicamus, communio-  
nem bonorum ex communione corporis esse juris divini, quod  
mutari nequit. Sed tunc nec pactis dotalibus excludi posset.  
Diss. vide apud *Groeneveg. ad l. 25. G. de jure dot. & l. II. C. ad  
St. Vellejan. Treutl. thes. 7. lit. b. & ibi Bacchov.*

Ad l. 7. quæritur, an & quomodo d. l. conveniat cum l. 2.  
§. 1. *vers. sed utrum. sol. matrim.* Sed frustra, quum hodie pater  
nihil juris in dote habeat, nisi quatenus pactus est, qui etiam  
filix sine dubio recte paciscatur, ut dixi ad *tit. de pact.* Adde  
*Groeneveg. ad l. un. §. 13. C. de rei uxor. act. Bacchov. ad Treutl.  
d. thes. 7. lit. c. Busf. ad d. l. 2. §. 1. sol. matrim. Ant. Matth. d. disp.  
thes. 29. Gothof. ad d. l. 7. & 2.*

Ad l. 23. h. t. quæritur, an dos ad patrem revertatur, licet  
filia mortua sit relictis liberis? *Neg: d. l. 23. ubi pater pactus  
est, ut aliqua pars dotis ad eum reverteretur, quod dum ibi nar-  
ratur, haud dubie præsupponendum est, quod etiam de jure pacto  
opus fuerit. Ratio est in l. 7. pr. l. 56. §. 1. l. 76. in fin. de jure dot.  
atque ita communiter in foro servari, testis est Treutl. thes. 11.  
lit. c. Diss. vide *ibid. & apud Bacchov. ad d. loc. Busf. ad l. 56. §. 1.  
de jure dot. Fachin. 3. c. 71. & 99. & 13. c. 59. Quod liberi super-  
stites ex alio matrimonio detrahant legitimam, quando statutum  
marito uxore mortua aliquid tribuit, liquidi juris videtur. arg.  
l. 32. C. de inoff. testam. Diss. vide apud Treutl. d. thes. 11. lit. c.  
& ibi Bacchov.**

Ad l. 29. §. 1. quæritur, an tertius, qui dotem sibi reddi sti-  
pulatus est, consentiens in renovationem matrimonii, etiam  
indationem dotis continuandam consensisse dicendus sit? *Aff:*  
*Ratio additur à Busio ad d. §. 1. junct. nostr. ad l. 13. de jure dot.  
Diss. Costal. ad d. §. 1.*

Ad §. 2. d. l. 29: quæritur, an stipulator, qui nomine uxoris  
alicujus dotem reddi stipulatus est, in casu dubio pro man-  
datario, non donatario habendus sit? *Aff: l. 72. §. ult. de jure  
dot. l. 37. §. nupt. 4. de leg. 3. lit. 10. §. 6. D. mand. Diss. vide apud  
Costal. ad d. §. 2. Treutl. thes. 1. lit. a. & ibi Bacchov.*

## VII.

Ad l. 1. & seqq. tit. 5. quaeritur, an maritus saltem res mobiles in dotem datas alienare potuerit? Neg: quia in illis est eadem ratio prohibet. l. 2. de jure dot. & l. 1. sol. matrim. praesertim in pretiosis & quae servando servari possunt. Usus & Diff. vide in d. disp. nost. ad tit. Inst. quib. alien. lic. Treutl. thes. 9. lit. c. & ibi Bacchov. An alienatio dotis post biennium, vel juramento confirmata subsistat, nequaquam ulterius inquiri, quum Moribus hoc dubii expertus sit. Vide nostra ad d. tit. Inst. & tit. de pact. Diff. apud Treutl. d. thes. 9. lit. d. & e. & ibi Bacchov.

Ad l. 15. vide difficilem d. l. sensum apud Busf. ad d. l. 15. Sed haud dubie Moribus renunciatio literis facta etiam non accepta, modo non repudiata, servanda est, ut dixi ad tit. de pact. & latius ad tit. de pollicat. An opus sit, ut in explicatione d. l. hoc pactum de dote lucranda intervenerit, nihil moror, quum usum non habeat. Videtis Busf. ad d. l. & Bacchov. ad Treutl. d. thes. 11. lit. e. Sed possidetne maritus, an uxor, quando res aliena in dotem data est? Aff: prius. l. 3. s. genera 21. de adq. poss. & tot. tit. pro dote Diff. Horom. c. 8. disp. de dor. Adde Bacchov. ad Treutl. d. thes. 4. lit. c.

Ad l. 16. quod hodie recte uxori non currat praescriptio contra d. l. nullum apud me dubium habet, quia omnes praescriptiones damno. Vide nostra ad tit. Inst. de usucap. Adde Zyp. in Notit. jur. Belg. tit. de jure dot. in fin. Cujac. 14. obs. 9. Antumn. ad d. l. 16.

F I N I S.